

Nauarro. cap. 27. num. 260. §. 7. De Concilijs
 vero antiquis, sufficit dicere: non obstante cu
 iuscunque Concilii determinatione. Ita do-
 cet Doctissimus Episcopus Couaruias lib.
 4. Variarum resolutionum cap. 16. num. 6. co-
 lum. 4. vbi multos ad hoc allegat Doctores.
 Et Frater Antonius à Cordua lib. 4. q. 9. pro
 positione. 3. Videatur etiam noster Emanuel.
 Tom. 1. qq. q. 8. art. 2. vbi exacte, & strictius
 hoc idem argumentum pertractat.

DE COMMUNICATIONE PRIVILE-
 giorum quam habent Fratres Crucigeri & Cleri-
 ci Ministrantes infirmis cum Ordinibus Mendicā
 tibus & non Mendicantibus & specificè cum
 presbyteris Collegialibus Societatis Iesu &c.

Qua communicatione gaudent Ordi-
 nes Mendicantes.

¶ Congregationi Fratrum Crucigerorū, ac
 Religioni Clericorum Ministrantium infir-
 mis à Gregorio. 14. anno Domini millesi-
 mo quingentesimo primo, fuerunt commu-
 nicata omnia priuilegia, exemptiones, im-
 munitates, indulgentiæ, facultates, liberta-
 tes, indulta, concessionem, et gratiæ quorumuis
 etiam